



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 22. Synodi Monasteriensis Decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

major Dominicus Contareus hujus ^{Sæc. XVII.}
Reipublicæ Princeps, cui a Senatu ^{A.C. 1675.}
suffectus est Nicolans Sagredo Eques.

Pariter hoc anno vitæ finem fecit
Matthæus Ferdinandus a Bilenberg
Archiepiscopus Pragensis, qui succes-
sorem nactus est Joannem Fridericum
Comitem de Waldstein: idem fatum
hoc anno subiit Lotharius Fridericus
de Metternich Moguntinus Archiepi-
scopus atque Elector, in cujus vicem
Dominus Hartardus de Layen electus
est. Denique naturæ debitum solvit
Joannes Hartmannus Episcopus Her-
bipolensis nonnisi biennio sui Episcopa-
tus exacto, cui hoc anno subrogatus
est Petrus Philippus a Dernbach Epi-
scopus Bambergensis.

§. XXII.

Synodi Monasteriensis Decreta.

Hoc item anno Christophorus Ber- ^{Concil. Ger-}
nardus a Gallen Episcopus Mona- ^{man. t. 10.}
steriensis duplicem rursus Synodum
Diæcesanam die vigesima sexta Martii
& aliam Mense Octobri celebravit: in pri-
ma præter alia statuit, ut in omnibus
Ecclesiis Parochialibus Missæ in diebus
Dominicis & festis, statis horis celeb-
rentur, sub Missa piæ cantilenæ can-
tentur, in prima Missa Evangelium
præ-

Sæc. XVII. prælegatur, festaque promulgentur, &
A. C. 1675. Parochi saltem bis in hebdomada Mis-
 sam pro Parochianis suis vivis & de-
 functis celebrent, & post ultimam col-
 lectam pro Episcopo orent. Insuper
 statuit, ut Religiosi ad populum di-
 cant, non autem ea hora, quâ Concio
 vel Catechesis in Parochia habetur, &
 in Parochorum subsidium ad remotio-
 res Ecclesias excurrant, & ibidem Ca-
 techisent, Ludimagistri vero, ut cum
 juventute sua eo diligentius Catechis-
 mo intersint, omni gaudeant immuni-
 tate & ab omnibus oneribus publicis
 exempti sint. In secunda autem Sy-
 nodo Episcopus duntaxat priorum Con-
 stitutionum observantiam inculcavit,
 monuitque, ut pro avertendis pluviis
 & infectis sementem depascentibus, &
 pro felici exitu belli, *licet successus ar-
 morum Episcopatum hucusque felicissimi
 essent*, fervidæ ad Deum preces fun-
 derentur.

§. XXIII.

Novi tumultus in Anglia.

Rapin Thoir.
Hist. d' Angl.
lib. 23. Interim in Anglia utriusque Curiae Se-
 natores Carolum II. Regem populo
 suo exosum reddere intenti, in primis
 omnino curis habebant, ut omni data
 occasione in vulgus spargerent, Regem
 domis